

Heinrich Dringenberg

Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenbergius, Hebr. Ling. & Catech. Sacrae Profes. publ. ... Elisabethae Tidemannaei, Viri ... M. Adami Seidenschwantzen/ Scholae Oppid. Sub-Rectoris Fideliss. Relictae viduae, Funus solenniter indicit, Et ad eundum Exequias omnium ordinum Cives Academicos studiose serioque invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus, die IIX. Iunii, Anno 1680.]

Rostochii: Keilenberg, [1680]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77682760X>

Druck Freier  Zugang



Dringenberg, H.,
in E. Tidemann,
vid. A. Seidenschwanz.
Rostoch. (1680.)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0004)

DFG

111

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HINRICUS DRIN-
GENBERGIUS,

Hebr. Ling. & Catech. Sacrae Profes. publ.

Facult. Philosoph. Senior, hodieque.

DECANUS,

MATRONARUM

Ornatissimæ

ELISABETHÆ
TIDEMANNÆI,

VIRI

Clarissimi, DN.

M. ADAMI Seidenschwanzen/

SCHOLÆ OPPID. SUB-RECTORIS FIDELISS.

Relictæ viduæ, Funus

solenniter indicit,


Et ad eundum Exequias omnium
ordinum CIVES ACADEMICOS

studiosè serioqve invitat,

ROSTOCHII,

Typis Viduæ B. FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.

6





Odierno laudatissimæ MATRONÆ in funere , seqvemur vulgarem commentandi methodum, allaturi nonnulla de MORTE, deq; insigni, qvod sperare indè habeamus, beneficio; qvando nulla obrepere nobis freqventior,his præcipue temporibus , meditatio debet,qvam hæc ipſa. Sane meliorem homini diem esse mortis, eo, qvo nascatur,die , sapientissimi mortaliū effatum est, Dies mortis verorum Christianorum verè natalis est dies. Enim yero isthoc , qvo lucem hanc conspicamur,die, simul morti consecramur; ceterū illo, qvo vivere desinimus, verae vitæ , qvam & ADAMI,& nostrapte culpâ amiseramus,feliciter restituimur. Quid enim vel ipsos mille putas annos? qid? nisi meram mortis ac tædiosam continuationē? Quis novit,inquit apud Laërtium Euripides, an vivere hoc sit emori, an emori hoc, qvod vocamus, vivere? Maximus Hippomensium Doctor AUGUSTINUS, non in modum absimilem, nescire sese, ait, mortalem dicat hanc vitam,

vitam, an mortem vitalent. Nazianzeni Gregorii eximia
est ac memorabilis sententia: Res humanae labuntur ac in-
tereunt, & aliam atque aliam subinde capiunt mutationem.
Vita quidem & mors tametsi plurimum differre inter se vi-
deantur, inter se tamen mutuo transmeant, viciissimque succe-
cedunt. Mors vero, quae non modò nos a presentibus malis
vindicat, sed ad supernam quoque vitam sapientie traducit, haud
scio an propriè appellari mors queat, ut potè nomine magis,
quam re formidabilis. Atque absurde sane & preposterè
affecti esse videamus, qui ea, quae formidolosa non sunt, exti-
mescamus; ea autem, quae metuenda sunt omnino, ut meli-
ora magisque expetenda, complectamur. Mīa ζωὴ τὸ τῷ
ζωὴν βλέπειν; ἐις θάρατον ἡ ἀμαρτία, ψυχῆς τῷ δὲ οἰκεῖον.
Qvanta est inter foetum utero clausum, interque con-
summatæ corroborataq; ætatis & virtutis virum, dif-
ferentia, tanta, & multis quidem partibus major est in-
ter corpus hoc φιλον, qvod hic circumferimus, &
φιλον alterum, quo extremus nos beatus est di-
es. Nulla sane similitudo est tenebrarum uteri ma-
terni, & lucis solaris: neque ullam lucis hujus vitæ, &
claritudinis ejus, quam in facie conspicere divina est,
dederis temerè analogiam. Qualis est proportio an-
gustiarum uterim materni, ad totius orbis amplitudi-
nem; talis hujus est vitæ proportio, ad id, quod BEA-
TORUM appellitare sūevimus, cœlum. Fatus cum ex-
cluditur, simul omne id extit, cui inclusus in utero im-
plicitusq; fuerat: Sic homo dum moritur, ruptis omni-
bus vita hujuscē involucris, effractoq; servitutis car-
cere, in verā demum solidamq; libertatem assertur.
Infans in hanc lucem editus, si quidem rationis
instrueretur, aut prædictus foret usū, duxurus utique
non a fletu, sed potius a risu gaudioq; exordium esset,

co

eo quod ex squalidissimis tenebris in amoenissimā educeretur lucem. Ad parilem modum homo verē Christianus, ubi vitam cum beatā commutat morte, non lacrimis aut mōrōre mergitur, sed gaudio magis exsilit, quod ex vitali morte in veram semperque duratūram prosperitatem transferatur. Mare certè vita est hēc nostra: Mōrs est portus. Mare nunc ridere quidem & blandiri, mox fāvire & furere; nunc cōlō minari, & meros moliri montes atq; abysso; mox ad quietem & planiciem sese recipere videas; semper tamen amarum, semper salsum, innumera producens semper monstra; deniq; sāpē inexspectatis nec provisis fluctibus navitas obruens; uti verē olim, longē p̄stare, terrā pauperem esse, qvām divitem mari, Menander censuit. Jam quotū quisq; vivit, qvem vitā pariter hujus inconstantia lateat? qui non subindē in se, vel in aliis miram ejus amaritudinem, eventus impropositos, monstra infinita, mala inexhausta experiatur? Scilicet non mare tot guttas, qvām mala mundus haber. O fallaces hominum spes (exclamatum olim disertissimo est Romanorum CICERONI) fragilesq; fortunas, & inane nostraras contentiones, qvā in medio spacio sāpē franguntur, & antē ipso in portu obruuntur, qvām conspicari portum potuerint! Sanè qvantō est optatiū, in portum tutum & tranquillum invehi, qvām sa- vis usq; usq; tempestatibus jactari, tanto est optatiū mortem obire suam, qvā dolorum laborumq; atq; periculorum omnium finis est, qvām vitā hujus perpetuis fluctibus miserē defatigari. Qvantō beatius est altissimā jucundissimāque pace frui, qvām aeternis iisdemq; aeternis bellis inquietari, tanto est beatius mori, qvām vivere. Enimverò in vitā bella infi-

nita;

nita: in morte pax, & nunquam desitura felicitas. Hæc
ita hodierno funeri præfari vulgariter adlubuit; jam
nunc porrò, qvæ recenseri afferriqve hujuscemodi
commentationibus s'everunt, compendio executuris.
Nata itaq; FUNCTA hæc est nostra heic ROSTOCHII,
Anno seculi hujusce xxxii, Patre qvidem VIRO erudi-
tissimo Clarissimoq; DN. M. GERHARDO TIDEMAN-
NO; Sereniss. Ducum Mecklenb. Consistorii Procura-
tore industrio; Matre verò Feminarum ornatissima E-
LISABETHA Stocmanns. Avum maternum habuit VI-
RUM Excell. DN. M. ERASMUM STOCMANNUM,
Physices apud nos Professorem benemerentissimum; A-
viam autem ELISABETHAM, Ampliss. VIRI, DN.
D. GERHARDI NENNII, Linguarum, artium, & Medi-
cinæ peritissimi Filiam. Ceterum nimis mature orba
parentibus suavissimis, apud exteros qvidem, sed suos
tamen, præcipue apud Materteram KILONI in Holsatiâ
commorata aliquamdiu, neq; verò etiā vel tenuiter vel
illiberaliter ab eadē habita est. Postea Excell. DN. Avun-
culi, JOACHIMI STOCMANI, Med.D. & P.P. celeber-
rimi, Poliatri verò etiam, Medicæq; Facultatis Senioris
gravissimi, reliqtæ viduæ, ANNÆ TARNOVIAE, Matro-
niae incomparabilis, sic satis jugi fruia confortio, eaq;
occasione pietatem omnigenasq; præterea virtutes cu-
mulatissimè edocta; qvando nullâ excellentiori eam in
rem uti Magistra vivisset. Anno seculi LXI. die 29. April.
Deo ita volente, nec nolentibus, ad qvos ista cura per-
tineret, solennibus nuptiis juncta est VIRO præstantissi-
mo Clarissimoq; DN. M. ADAMO Seide schwanzē Scho-
lae oppidanæ Sub-Rectori fidelissimo, quo cum pacatè
qvidem satis, sed unum saltem annum vixit; ipse enim
seqvente statim Anno die 23. Maji, beatâ morte ex hac
vitâ

vitâ emigravit. Vidua igitur per **xxix.** integros annos ita
vixit, uti ne accuratissimi qvidem rigidissimiq; censore
res, imo ne ipsi qvidem Momi habuerint, qvod jure ullo
in moribus ejus vel reprehenderent, vel tanquam
à verarum VIDUÆ Christianæ dotium tramite aber
rans, detestarentur. Sed enim pulera adeò ac præclara
anima minimè respondenti inclusa fuit hospitio. Enim
vero sub debili, tenui, emaciatoq; jugiter comparuit
corpore, ut identidem & sine ferè ullâ respiratione de
valetudine qviritaretur. Non neglexit qvidem unquam
VIR Experientissimus. **DN. PAULLUS JOACHIMUS**
STOCMANNUS, Practicus & Med.D. celeberrimus, ceu
FUNCTÆ proximus Agnatus, qvæ Ægræ, & sæpe nume
rò planè clinicæ in integrum restituendæ factura vide
rentur: Neq; verò etiam rem aut adhibitam curam sine
felici successu, fructuvè suo abire semper vidilles. Sed
καυτζια sèmel curata non satis fido perstitt usq; qvaq;
tibicine, qvum interrumperetur per vices, qvæ fructum
antea tulerat, medicina, recidivamq; ÆGRA non mi
nutam identidem persentisceret. Non ita est pridein,
ex qvo planè periculose, itaq; habuit malignè, ut non
aliter vel sperare, vel conjectare qvîret, qvam præsen
tissimam instare mortem, omni malo morboq; opta
tissimum impositurā finem. Itaq; princeps ipsi cura fuit,
ut cum DEO, qvem, qvam pia etiam sanctaq; foret, of
fendisse lexcenties peccatis suis norat, penitus concilia
retur. Qva fini etiam **DN. Confessionarium, VIRUM**
plurim. Rev. & Clarissimum **DN. M. REMBERTUM**
Sandhagen/Nicolaitanum Pastorem, Reverendiq; Mi
nisterii Seniorem gravissimum, Amicum & Fautorem
nostrum honoratissimum, accersendum curavit, uti
præviâ errorum commissorum seriâ confessione, extre
mo,

mo, ipso dispensante, salutariq; maximè viatio instru-
eretur. Nec ipse diu moratus fecit lubens promptusqve
officium; ex ejusdemq; testimonio elucebit, post per-
acta ista sacra, adeò devotè, piè, feliciterq: FUNCTAM
nostram ex hac vitâ emigrasse, uti vix mortalium un-
qam qvisquam qviverit beatius fortunatiusqve. An-
nos vivendo complevit XL VIII. Hodie tām eximium
funus tām præclaræ MATRONÆ publicitus ducetur.
Matriq; inseretur TERRÆ. Nulli itaq; dubitamq; qvin o-
mnès omniñ ACADEMIÆ nostræ CIVES, qvi qvidem
pietatem virtutemq; amplectantur & colant, seseqve
pariter homines, indeq; humanitatis qvoq; studio-
los esse meminerint, sponte suâ, nec ullâ abs nobis vel
jussi, vel moniti ratione, exequias ituri, & ad usq; ve
dormitorium FUNCTAM sint benignè comitaturi.
Ultiq; enim ex sapientissimi REGUM consilio, longè, ad
domum ire luctus, qvam ad epularum con-
viviorumq; meare, satius
est.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus,
die IIX. Junii, Anno 1680.

Conventus instituetur in Æde NICOLAITANA,
Hora prima pomerid.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682760X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682760X/phys_0016)

DFG

vitâ emigravit. Vidua igitur per xix. integrum vixit, uti ne accuratissimi qvidem rigidiores, immo ne ipsi qvidem Momi habuerint, c. in moribus ejus vel reprehenderent, à verarum VIDUÆ Christianæ dotium trans, detestarentur. Sed enim pulera ade anima minimè respondenti inclusa fuit h. vero sub debili, tenui, emaciatoq; jugit corpore, ut identidem & sine ferè ullâ re valetudine qviritaretur. Non neglexit qvi VIR Experientissimus, DN. PAULLUS STOCMANNUS, Practicus & Med. D. cele FUNCTÆ proximus Agnatus, qvæ Ägræ, rò planè clinicæ in integrum restituendæ renuntur: Neq; verò etiam rem aut adhibita felici successu, fructuè suo abire semper nauigia sèmel curata non satis fido perstincta tibicine, qvum interrumperetur per vice antea tulerat, medicina, recidivamq; ÄC nutam identidem persentisceret. Non ex qvo planè periculose, itaq; habuit m aliter vel sperare, vel conjectare qviret, tissimam instare mortem, omni malo r tissimum impositurā finem. Itaq; princeps ut cum DEO, qvem, qvamp; pia etiam sancte fendisse lexcenties peccatis suis norat, perretur. Qva fini etiam DN. Confessiona plurim. Rev. & Clarissimum DN. M. Sandhagen/Nicolaitanum Pastorem, Re nisterii Seniorem gravissimum, Amicurn nostrum honoratissimum, accersendum præviâ errorum commissorum seriâ con

